983

Jaworscy Zakli ce Cedunt et Statuent.

1481

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesen tibus Castrensibus Capitanealibus Praemisliensibus Ntes Hichorius Jaworski olim Ntis Theodori Jaworski Czerwako: wic ex olim Nti Catherina Ntis olim Janussij Lityński cum Nti olim Theodora Dzieraicka Consorte ipsi legiti ma procreata filia Susceptus Filius et Theodorus Jaworski Ntis olim Pauli Jaworski Gotdycz filius praenominatorum olim Theodori Jaworski et Catherinae Lityńska Coniugum gener Sororij, seu inter se affines Germani Sani mentibus et Corporibus existes à Terris Districtibus Iuribus, Iurisdictionibus Suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo: Prae senti vero Castren Capitan Praemisliensi Iurisdictioni quoad Actum praesentem attinet se cum Successoribus ac bonis Suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque Subijciendo palam libere publice ac per expressum recognoverunt, et quivis illorum seorsim suo pro Interesse recognovit. Quia ipsi, et quidem praenominatus Ntis Hichorius Jaworski suo, et Ntis Reginae Jaworska Virginis Sororis Suae germanae, Nobilis vero Theodorus Jaworski Gotdycz Nobilis Anaphiae olim Nobilium Theodori Jaworski Czer wakowice cum Suprascripta Lityńska procreatae filiae Con sortis vero Suae legitimae, pro quarum rati habitione ca vet ac se praesentibus inscribunt, nominibus, de omni et Integro Iure suo Sororisque et Consortis Suae nimirum

de Inscript

4

de Inscriptione Terri Praemisliensi primum et originaliter per Gnosum Stephanum Radylowski Nobilis olim Catherinae Litynska Matris Recognoscentium. Vitricum praenominato olim Ntis Theodoro Bziernicka primarum olim Ntis Janussij Litynski, Secundarum vero olim Nobilis Stephani Radylowski Nuptiarum Consorti Sui Agentium Animo ratione Summae Trecentorum Florenorum Polonicalium modo Simplicis Debiti Super omnibus bonis Suis progrijs et haereditarijs obligatorijs, mobilibus et Immobilibus Summisque pecuniarijs quibusuis habitis et habendis Sub Vadio Similis Summae Trecentorum florenorum Polonicalium Coram Actis Judicij Terrae Praemisliensis in Terminis Terrestribus Sub Actu Feria Tertia post Festum Sanctae Agnetis Virginis et Martyris proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Trigesimo Nono facta et recognita atque ad Soluendum assecurata. Deinde de Contractu certo Sponsalitio ratione Dotis et Summae Octingentorum Florenorum Polonicalium aliarumque certarum rerum et Conditionum in eodem Contractu contentarum de Actu et data illius Praemisliae Feria Tertia post festum Sanctae Agnetis Virginis et Martyris proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Septimo inter Gnosos Stephanum Radylowski et Theodoram Bziernicka primi Nuptus olim Gnosi Janussij Litynski, Secundi vero eiusdem Gnosi Radylowski Coniuge legitima ab vna et Ntes Archorium Patrem et Theodorum Filium Jawniski Czerzakowicze ab altera partibus confecto et conscripto

manily

Manibus Vnius Contrahentium nempe olim Ntis Theodori Jaworski propria alterius scribere nescientis olim Gnosi Gaspari Czaykowski Vti amici subscripto Actisq Terribus Premisliensibus cum interpositione Vadij Octingentorum florenorum Polonicalium roborato, ipsiq summa Octingentorum florenorum Polonicalium eodem Contractu praefatae olim Gnosae Catherinae Litynska Matri et Socrui Recognoscentium inscriptt et ad Solvendum assecuratt: Ad extremum de quibus suis Contractibus seu Inscriptionibus manualibus earumq Roborationibus a suprascriptis Recognoscentium Parentibus, Socrero et Socero sibi Recognoscentibus quo ad summam eandem Octingentorum florenorum Polonicalium spectat Servien et sese referentibq Inscriptione eadem debitorea Terri Premisliensi, et Contractu ipso de praemissis lationibus, post mortem Vero et sterilem Aviae Recognoscentium cum Gnoso olim Radylowski secundi Matrimonij Marito de hac luce decessum in praenominatam olim Nobilem Catherinam Litynska sui Recognoscentium Parentem. Deinde post obitum ipsiq tam in se recognoscent Nicolaum Jaworski Czerwakowicz, quam in praenominatas Vnius Rgntium Sorores, alterius Vero Consortem Iure Divino et Naturali Successione devolutas. Tum de ijsdem ips summis Vadijsq in eadem Inscriptione et Contractu appositis, ipsiq bonis Inscriptione praefata debitorea, et Contractu oneratis et subiectis, summaq praefata correspondent sortem et Interesse Vnius cuiusq sui Reco:

Sum recognoscen et praenominatarum Sororis et Consortis concernen. cum omni praemissorum Jure Dominio proprie tate competentiaq et praerogativa quavis, omnibusq et singulis Inscriptionis praedictae debitoreae et Contractus Conditionibus, punctis, clausulis, Articulis, Vadijs, Li: gamentis, ac Nexibus generaliter Universis Summae que ac bonorum Summa eadem oneratorum Utilitatibus, fructibus, proventibus, redditibus, emolumentis, commo dis obventionibus, attinentijs et pertinentijs genera liter Universis. Nihil ex praemissis Juris Dominij pro prietatis ac cuiusvis competentiae et praerogativae pro se Recognoscentibus Suisq Successoribus aut alio quopiam reservan do seu excipiendo, Verum prout praemissa omnia et singula ipsimet recognoscentes tenuerunt, habue runt et possidebant, ipsosq concernebant, ac eisdem serviebant. Iam ex nunc et de facto Gnoso Stephano Za lilika eiusq posteris (: accepta ab ipso pro praemis sis plenaria Satisfactione :) cesserunt et condescende runt Uti cedunt et condescendunt praesentibus, omneq et integrum Jus Suum Sibi ad praemissa Serviens, in personam Gnosi Stephani Zalilika Cessionarij Sui eiusq Posterorum totaliter et plenarie transtulerunt transfuderunt et incorporarunt prout transferunt transfun dunt, incorporantq praesen. In quod quidem Jus prae sentibus "Summam" cessum, et bona Summa eadem onerata praemis saq omnia praesen abcessa idem recognoscentes Supra scripto Gnoso Stephano Zalilika Cessionario Suo eiusq posteris, Iam ex nunc et de facto Coram officio praesenti

dant

dant et admittunt realem Intromissionem, et actualem pacificam possessionem per Mutem quemcunq competentem, et Mtes duos, die quacunq Voluerint officiose acceptandam. Per ipsum Gnosum Stephanum Zalitka Cessionarium suum, et eius posteros hocidem Jus cessum praemissaq omnia praesentibus condescensa cum Vniversis eorundem Vtilitatibus et Vsufructibus, competentiaq et praerogativa quavis tenendi habendi, et possidendi illiq quiete et pacifice Vti fruendi, ac ad Suos Successorumq suorum quosvis beneplacitos Vsus fructus, libere et effectualiter convertendi Juris praefati Originalis ea omnia latius in se complectentis praesentisq cessi et transfusi Vigore. Debebuntq et tenebuntur memorati Rjntes, prout se ac suos Successores in et Super bonis Suis generaliter omnibus, et summis quibusvis pecuniarijs habitis et habendis Supranominato Gnoso Stephano Zalitka Cessionario Suo ipsiusq posteris inscribunt et obligant praesentibus, ipsum et eius Successores in dicto Jure cesso ac bonis Summa eadem oneratis, praemissisq omnibus praesentibus transfusis, et ratione praemissorum omnium ab omni et quavis impetitione Juridica quarumcunq personarum, cuiuscunq conditionis, Status, et Sexus cuiusvis existentium ex re, persona, et occasione Sui recognoscentium, Suorumq Successorum ac Juris praesentibus cessi tantummodo, et non Vltra exorienda, in omni Judicio et Officio Regni semper toties quoties opus fuerit, tueri defendere, eximere, intercedere, et liberare, Indemnemq cum posteris reddere: Necnon hoc idem Jus praesentibus cessum summam et bona summa eadem onerata, praemissaq omnia praesentibus transfusa, ab omnibus in genere Juribus et

Inscriptis

918

Inscriptionibus prioribus et posterioribus super eadem praemissa omnia praesentibus condescensa, cuius piam nasum modo quocunque jtidem ex re persona et occasione sui regnantium suorumque successorum tantummodo et non ultra factis et faciendis: Tum etiam à quibusvis Citationibus super eadem praemissa omnia per praesentes cessa importatis et importandis Iuris denique et perlucris, Processibusque Iuris quibusvis in quocunque puncto et gradu Iuris dependentis, et in quovis Iudicio et Officio Regni obtentis et obtinendis, ac super praemissis omnibus praesentibus transfusis jtidem ex re persona et occasione sui regnantium suorumque successorum tantummodo et non ultra perductis et perducendis emundare et liberare mundaque et libera semper facere ac etiam Intromissionem praefatam Coram Officio praesenti admissam in fundo bonorum praefatorum praesentibus abscessorum, eademque summa oneratorum, dum per Ministerialem competentem, et Nobiles duos officiose requiretur, non denegare, imo debebunt et tenebunt, eandem libere dare et effectualiter admittere, dataque et admissa eadem, possessionem et usufructum praemissorum omnium praesentibus transfusorum, quovismodo tam per se quam per suas quasvis submissas et subordinatas personas non praepedire, nec adimere ipsumque Cessionarium suum, et ipsius successores in praemissis omnibus praesentibus condescensis, nullo modo inquietari ita, ut idem Cessionarius suus cum suis posteris hoc idem Ius praesentibus cessum, summam, ac bona summa eadem onerata, praemissaque omnia praesentibus cessa, cum universis eorum utilitatibus et usufructibus, competentiaque et praerogativa quavis quiete et pacifice praesenti Inscriptioni cessionariae vigore tenere habere et possidere queat, illisque uti frui possit. Idque

Sub Vadio

sub Vadio Octingentorum florenorum Polonicat per eosdem Recognoscentes sive eorum posteros praenominato Gnoso Zalilika Cessionario suo sive ipsius Successoribus ob non Completionem praemissorum omnium et singulorum tam in parte quam in toto, toties quoties opus fuerit ad soluendum succumbendo. Nihilominus iidem recognoscentes debebunt et tenebunt, prout se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus summisque quibusvis pecuniarijs habitis et habendis memorato Gnoso Stephano Zalilika Cessionario suo eiusque Posteris inscribunt et obligant praesens, et quidem Nobilis Hrehorius Jaworski Nobilem Reginam Jaworska sororem suam germanam postquam in matrimonium elocata vel ad annos legitimos venerit, Nobilis vero Theodorus Jaworski Nobilem Agaphiam Consortem suam legitimam cum assistentia sui vel in eventu mortis Successores illarum ad approbandam per ipsas praesentem Inscriptionem cessionariam vel similem suo pro interesse faciendam ad Acta quaevis authentica Regni vim perpetuitatis in se habentia intra decursum medij Anni vel in eventu mortis successores ipsarum adducere et personaliter statuere, ab eisque vel earum successoribus ut praemissa debite exequantur, efficere debebunt sub simili alio Vadio seorsivo Octingentorum florenorum Polonicat per praefatos Nobiles Hrehorium et Theodorum Jaworskie inter se affines sive eorum successores praenominato Gnoso Stephano Zalilika Cessionario suo sive eius Successoribus ob non statuitionem praefatae Reginae Virginis sororis

990 Sororis Suæ germanæ atq Nobilis Agaphiæ Unius reco:
gnoscen Consortis ad exequenda præmissa pro tempo
re et loco Superius expressis ad Soluendum Succumbendo.
Pro quibus quidem Vadijs vel Vadijs modo præmisso ad
soluendum Succumbendis ac pro re aliqua principali
ex præmissis non completa complenda memoratis Virgi
ne et Consorte non statutis Statuendis Citati existen
tes memorati Reqüites Nobiles Hrehorius Iaworski Cen
wakowicz et Theodorus Iaworski Go.dyca Sive eorum poste
ri Ad Instantiam Suprascripti Gnosi Stephani Zali
ka Cessionarij Sui Suiq: illius Successorum, ad Officium
præsens Castrense Capitan Præmisliense extunc reres
ru Suprascripto quoad respondendum spectat mediante
semper in primo Citationis Termino tanquam perem
ptorio stare, Iuri parere, respondere Vadia prætacta
luere, Inscriptioni huic Satisfacere ac omne Iudicatum
pati debebunt et tenebuntur Seq ac Suos Successores
ad eadem omnia obligant et inscribunt præsen, eund
Trnum primum peremptorium uti et alios omnes ex
inde consequentes Causæ eiusdem Terminos Semper
peremptorios Vera infirmitate pro maiori, mino
rennitate Successorum, Legatione intra vel extra
Regnum, Seruitio militari, ad munimenta, ad Euicto
rem, vel alijs quibusuis dilationibus et Legalibus
impedimentis non differendo, ad quietationem præterea
Ultra et proximos Officij præsentis Castren Capi
tan Præmisliensis Terminos dilationem Sibi non
recipiendo

recipiendo nullasq motiones, appellationes ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa omnia praenissim: plicibus vel triplicatis euasionibus, Suspensionibq fatalijs Juris, praescriptione, Terrestri bello Conuentione vel alijs quibusuis Juris remedijs et defensis non Subterfugiendo, nec alio quouis modo euadendo Iti Suis praesen personalibus recognitionibus ad praemissa omnia et singula mediantibus.

RADYLOWSKI ZA KLICE DONAT. 150

Comparens personaliter Coram Officio et Actis praesen Castren Capitan Praemislien Nobilis Joannes Radylowski olim Nis Demetrij Radylowski filius et Successor Legitimus sanus mente et corpore existens à Terris, Districtibus, Juribus, Jurisdictionibusq Suis quibusuis proprijs et competentibq recedendo: Praesenti verò Castrensi verò Castren, Capitan, Praemisliensi Jurisdictioni quoad actum praesentem attinet seeum Successoribus ac bonis Suis generaliter omnibus totaliter et plenariè incorporando atq Subijciendo palam liberè publicè ac per expressum recognouit. Quia ipse bona Sua propria et haereditaria infrascripta, Nempe certas Sortes Radylowskie nuncupatt totas et integras, quid et quantas se Rnitem, tam post olim Ntes Demetrium, quàm Stephanum Radylowskie, Sui Recognoscentis Parentem, et Patruum germanum sterilitate

dechac